



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

367. Ne præcepta fiant super beneficia ecclesiastica vel precarias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

mē , si aliquo modo fieri debent , inspiciantur.

*Secreta Hila-
ri c. 1.*

Quæ autem inconsultè factæ sunt , juxta de-
cretum canonicum Hilarij Papæ , quæ inilicite
decessor Episcopus admiserit , vel ab aliis inilicite
commissa sunt , ab eo qui successor est
emendentur. [*Vide Concilium Valentin. III.
cap. 21. & lib. 3. Leg. Longob. tit. 10. cap. 3.*]

Ne Præcepta fiant super beneficia ecclesia-
stica vel precarias. *Ex Coneilio apud
sanctum Medardum cap. xl.*

Concil. Meld.

c. 22.

Capitula Ka-

roli Calvi tit.

6. c. 7.

Burchard. lib.

3. c. 175.

C C C L X V I I . Præcepta autem regalia

super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio si-
nit nec auctoritas quolibet modo permittit:

quoniam Præcepta in jure ecclesiastico firma-
re indignum judicet necesse est majestas re-

gia , nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Il-
dem autem custos Ecclesiæ sollertissimè ca-

veat ne sui ordinis & ecclesiasticae communio-
nis fortè immemor , contra auctoritatem

Præceptum regium pro quacunque adsen-
tione fieri petat : qui etsi fecerit , non audi-
tur.

Si autem & obtinuerit , regia discretione &
episcopali judicio idem rescindatur , & petitor

injustus pro Principis injusta suggestione dig-
nè corripiatur.

De eadem re. *Ex eodem cap.*

Capitula Ka-

roli Calvi tit.

9. c. 7. §. 11.

in Concilio

apud sanct.

Medard.

C C C L X V I I I . Sciant fideles nostri
quia concessimus in synodo venerabilibus

Episcopis ne super beneficia ecclesiastica vel
precarias , etiamsi quilibet monasteriorum

prælatus inrationabiliter petierit , Præcepta
confirmationis nostræ ullo modo faciamus.